Cracoviensis Stud. Univ. Jagell.
Promotiones Philos. Ord.
1640. 1.

Radomii Thomae: Sertum academicum

SERTVM ACADEMICVM.

DVM

Ingenuis XIII. Adoleſcentibus Fauente Apolline, plaudentibus Muſis, primam in artibus honeſtiſsimis, & Phil. Lauream pubicè in Lycæo Iagelloniano.

M. NICOLAVS SVLIKOWSKI, Coll: Minor, Ord: Eloqu: in Acad: Crac: Profeſſor conferet.

A

THOMA RADOMIO, eiuſdem Laureæ Candidato boni ominis gratia

CONTEXTVM

Anno Salutis M. DC. XL.

CRAC. *Ex Officina Typ: Waleriani Piątkowſki.*



IN medio virtus, iaculi conſiſtit arenæ,
Annello impreſſum: ſpicula preſſa iacent.
Dextra regit partem, medii, gerit atq; ſiniſtræ,
Hæc duo ſunt vnum : pignus amoris habent.
Ergò Stemma Tuum, meruit cum laudis honorem,
Condalus ac telum ? ſorte fruantur opis,

Nobili ac Generoso Domino,

D. VLADISLAO HIERONIMO à PROSZNO PROSZYNSKI,

Domino & Mæcenati Amplissimo,

PERENNEM FELICITATEM P.

A *Multô tempore, nihil magis in votis habui Generose Dńe, quàm vt Tibi aliquam meam iuuenilem, et nondum maturo iudiciô decoctam Musam dedicarem,, et consecrarem,(hoc enim et ratio officii, et Tua in me propensio postulare videbantur) verum cum ea sit maiorum nostrorum voluntas, vt non nisi post multum diuq; exercitatam ætatem nostram, aliquid in lucem publicam proferamus, quod si non omni ex parte, perfectum ingenio, elaboratum industriâ, absolutum graui iudiciô videatur: id tamen sit eiusmodi, quod mediocritate suâ contentum, communem lucem intueri, non reformidet. Quæ res vnica ne quid hactenus auderem me inhibuisse, ac nunc tandem ad audendum excitauisse videtur. Facta enim est potestas, dataqué opportunitas promendi, quidquid mediocres ingenii fortunæ suppeditauerunt. Quem partum animi ad Generos: Domiń: Vestram inprimis referri*

volui, nè gratitudo debita Patronos aliundè poſceret, omiſſis quos præſto intueretur. Poſtquàm enim filiolum ſpei optimæ. G.D.V. accepi informandum, ſpes bona animo eſt iniecta G.D.V. meū quoq; Patronum fore ſingularem. Quod equidem tantò magis videre mihi videor, quantò promptius poſſum polliceri, me in eô excolendo, ita Deo volente progreſſurum, vt ſingulares naturæ dotes, ſingulari operâ, atqué inſtitutione tenuitatis meę priuatim ita perficiatur, vt cum G.D.V. tum Patrię olim ſingularibus ornamentis fructu eximiô, atqué pręſidiis gratificetur. Eſt altera quoq; ratio, quâ vt hoc facerem ſtimulabar. Tuę nimirum virtutes Ampliſſimę: Tuę enim virtutes et ornamenta, quibus vndequaqué affluis: quę maiora multò ſibi leuioribus iſtis pręconia vendicare videntur, quam quę ego dedico, ſiue enim prudentiam Tuam conſiderauero; hęc adeò ſolers eſt, vt paucos videatur habere ſui laudatores, ſiue dexteritatem, hęc ſumma eſt; ſiue probitatem, cuius non pauci arbitrantur eſſe ęſtimatores, ſiue deniq; Omnium virtutum, reginam iuſtitiam, eam ſemper cultu, et veneratione, non minimâ proſequeris. Quapropter cum ea in Te reluceat virtutum Encyclopædia, non eſt cur miretur aliquis, meam Tibi Mineruam, in hac primâ feſtiui

actus

Actus solennitate obsequi voluisse, et Tuos vsquè ad Lares festinasse. Quod si vt non diffidit Tua se ope,, atqué fauore exceptam agnoscet dubio procul tantâ humanitate obstructa, advlteriora obsequiorum studia, nihil preter mittet, quia gratiorem se atqué paratiorem multò sit, quám antea prestitura. Accepta Generose Domine, et vt consuevisti, faue, et orna.

Generositati Vestre

Ad

Omnia obsequiorum genera paratiss:

Thomas Radomius, Eiusdem Laureæ
Candidatus.

Paulo Bartizielowic.

PRima decent primos; quorũ meminiſſe ſuauẽ eſt
Hæc niſi quod fiant, ius perit orbe bonum.
Prima corolla tibi data, tu quã primus adornes,
Principijs obſta : gratus Apollo aderit.
Virtus grata manet manans de pectore recti,
Non tua iam poterit, mens caruiſſe bono.

Ioanni Zielonká.

QVam natura ruit bonis Camænæ
Nuda, nec ſtudio aucta ſanctiori
Doctrinæ, ergo tibi parato robur,
Sic hoc tramite tutior meabis.

Ioanni Zielenſki Crac:

COrporis egregij, caſtiq; eſt forma pudoris,
Vita modeſta tibi, Ceu Paris alter ades,

Hic fuit exitium Patriæ: ſis ſplendor honorq́;
Ingenij ſplendent, dogmata pulchra tui.

Alberto Zimecki.

NON procul aura volat quæ ſit virtute minore,
Sed quæ de ſolidâ, tum ſpatia orbis habet,
Egregijs factis, orbem completo rotundum
Complebis ſtudio, ſi benè functus eris.

Staniſlao Gradkowic.

CErnis vt externo, iuuenes ſub climate nati
Exoptant mater, ſerta tenere tua.
Tradis nec parcè ſyncero pectore tradis,
Edidicit Mater, nobile dogma Dare.

Ioanni Płoſzynſki.

FAma perennis erit, recto de Corpore manans,
Dum virtutis honos, cuncta caduca premit,
Si tu præſtiteris, dignum quid laude perenni
Hoc ipſum factum, fama perennis erit.

Ioanni

Ioanni Branſki.

PErge bonis auibus, ſumos ſuperare labores,
Collaque Caſtalijs, ſubdere ponderibus.
Non ſatis incipere aſt magno colla labori
Subdere: Muſa docet, principis officium.

Staniſlao Zimnicki.

ASpernare Tagos, temnas lucemq; Galeſi
Omnia quæue fouet, munera terra ſinu
Vtilius nobis, celſam contendere ſedem,
Si comitem poſcis, Muſa benigna Comes
Sit tibi dico comes, ſocius ſis præſto fidelis
Pura Minerua dabit, quidquid in orbe velis.

Ioſepho Szydłecki.

QVid virtute nihil? quidnam pietate beatum:
Præſtet: quid binis, quid puto muneribus.
Ornes ergo tuam vitam, ſic munere bino,
Et pulcher vitâ, credito tutus eris.

Samu-

Samueli Zywiecki.

PRosunt nil gazæ, cum non ſit verus Apollo,
Corde bonis gazas, ſuggerit ille viris
Votis & precibus turbandus nocte diuq;
Sicq; tibi gazas, doctus Apollo dabit.

Paulo Drezgowicz.

QVid Curare iuuat, cùm ſit non omnibus vnâ
Sors multis præbet: ſors quoq; multa rapit.
Dotes cum natura animo congeſsit opimas.
Ne timeas ſortem, ſubdita crede tibi.

Ioanni Iurkowicz.

ORdine Iurkowic, ſed non poſtremus honore,
Nam valet ingenio, iudicioque valet.
Dotibus æthereis munitus & arte Mineruæ,
Perficiet virtus, quod benè cæpit iter.

In Eiusdem Musam Plaudentem.

EPIGRAMMA.

NOstras dum laudes, exornas carmine grato
Nomina proponis, digna putanda viris:
Vnus qui cum sis, multos ſapiente Camænâ
Ornas te plures, pectore condecorent.

Joannes Iurkowic Candid.

Plus paupertas quam diuitiæ æſtimandę ſunt.

MVlti quippe boni, cum paupertate premantur.
Crebrius eſt quicquam, vix locuplete malo
At nos virtutem nunquam mutabimus horum
Diuitijs, neque ſic pænitet eſſe probos.
Virtutis ſemper ſtabilis poſſeſsio præſtat.
Incertæ variâ, ſorte feruntur opem.


Vox Academica.

Ad templum Honoris, non peruenitur nisi per templum laboris

In Detractorem.

Inuide non nostros (moneo te) Zoile versus;
Sed rabido, duras: scindito dente petras.

In Stemma Almæ Acad: Cracouieñ.



Sunto ſigna Crucis, ſunto duo Sceptraq; Regum
Æminet et ſtudiis, et pietate ſimul.

Sub Auſpicijs felicibus

Magnifici ac Clariſſimi Domini,

MATTHIÆ WONIENSKI,

Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, in Alma Acad: Crac: ſtudij Generalis vigilantiſsimi

RECTORIS.

VRBIS CRACOVIENSIS SENATORIS MERITISSIMI.

